



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

In Festo S. Stephani Martyris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49389)

incitat ad virtutes, firmat ad perseverantiam, spiritum roborat, peccatorem justificat. *Mense VII. Disc. 213. pag. 582.*

IN FESTO  
S. STEPHANI MARTYRIS.

I.

*Domine, ne statuas illis hoc peccatum.*

*Act. 7.*

Miramur Stephani charitatem erga inimicos suos, & meritò, cum pro ipsis oraverit ipso momento, quo ad ipsius mortem conspiciabant & collaborabant. Sed cur miramur? quia rara sunt inter Christianos tantæ charitatis exempla. Studendum verò est omnibus, ut imitemur Stephanum, quia præceptum Domini est: *Diligite inimicos vestros.* *Mense VIII. Disc. 220. pag. 112.*

2.

*Vidit gloriam DEI, & Jesum stantem à dextris DEI. Actor. 7.*

Ut Stephanus tam forti animo ferret inimicorum injurias, ut etiam oraret pro illis, effecit aspectus JESU Christi. Redemptoris nostri exemplum ad diligendos inimicos nos debet excitare. *Mense VIII. Disc. 221. pag. 127.*

3.

3.

*Domine , ne statuas illis hoc peccatum,  
Actor. 7.*

Difficile quidem videtur inimicos diligere: verum majus etiam est meritum, quò difficilior hæc dilectio. Imò hæc difficultas major nobis fingitur, quàm revera est. Meriti magnitudinem videmus in Stephano vidente gloriam Dei: facilitatem dilectionis in Stephano pro inimicis orante. *Mense VIII. Disc. 222. pag. 142.*

4.

*Dura cervice , vos semper Spiritui sancto resistitis. Act. 7. v. 51.*

Quod Christus in hodierno Evangelio objecit & exprobravit Judæis, obstinationem nimirum ac duritiem in recipiendis Prophetarum monitis, idem objecit illis S. Stephanus; & profecto nullo fere peccato gravius Deum offenderunt, peioraque in caput suum supplicia provocaverunt, quàm cordis duritie & obstinatione. Detestemur istud vitium, quod ex superbia nascitur, à diabolo promovetur, à DEO gravissimè punitur. *Mense IX. Disc. 254. pag. 163.*

IN